



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum Epiphaniæ.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

nobis benignè collatum, & à nobis malè contra Benefactorem impensum. II. Christianus debet providere *Tempus futurum*, ut prævertat, considerando media, quæ Deus nobis offert, ad procurandam felicem, & ad evitandam infelicem æternitatem.

*Novus
annus.*

THESIS X. *Dum tempus habemus*, Galat. 6. v. 10. I. *Depravatur tempus*, malè agendo, nihil agendo, aliud agendo. II. *Reparatur tempus*, poenitentiam agendo, virtuti studendo, Deo & cælo vivendo.

THESIS XI. *Ecce nova facio omnia*. Apoc. 21. v. 5. *Novus annus*, nova vita: verùm multi vivunt vitam antiquam in novo anno: Non sic: *Recedant vetera, Nova sint omnia*. I. Corda, II. Voces. III. Et Opera. *S. Thom.*



FESTUM EPIPHANIÆ.

Fides.

THESIS I. *Ecce Magi ab Oriente ve-*
ne-

nerunt Hierosolymam. Matth. 2. v. 1. Examinemus Fidem horum Magorum in *Susceptione* itineris, in *Continuatione*, & in *Perfectione*. I. In *Principio* eam commendat promptitudo ad sequendam Stellam vocantem, seu Cœli vocacionem; animus generosus ad vincendum omnes viæ difficultates &c. II. In *Prosecutione* eam commendat constantia, quando Stella disparuit; prudentia, interrogando Legis Doctores, ubi est, qui natus est &c. III. In *Perfectione* eam commendat Agnitio Infantis pro Supremo Domino, non obstante miserabili statu; offerendo dona mysteriosa in testimonium, Divinitatis, Humanitatis, & summæ Authoritatis seu supremi Dominii. P. Bourdaloue.

THESIS II. *Ubi est, qui natus est?*
Matth. 2. v. 2. Quærendus est Dominus I. *Auro* Dilectionis. II. *Thure* Orationis. III. *Myrrha* Contritionis. S. Bonav. Dom. infra Octav. Epiph. serm. 6.

THESIS III. *Vidimus enim Stellam Superstici-
ejus.* Matth. 2. v. 2. Astrologia Ju-
diciaria I. est Temeraria II. Est Stul-
ta. III. Est Impia. IV. Est Exitio-
sa.

sa. V. Est Dolosa. *Faber in Auctario Fest. S. Michaelis them. 4.*

THESIS IV. *Procidentes adoraverunt eum.* Matth. 2. v. 11. Hodie triumphat Christus I. de Idololatria, quia Reges Magi in ipsum credunt. II. De *Mundi Sapientia*, quia Reges Magi ad ipsum vadunt. III. De *Regia Majestate*, quia Reges Magi coram illo procidunt. *La Selve.*

Rex.

THESIS V. *Ubi est, qui natus est Rex?* Matth. 2. v. 2. Sunt autem Regum quatuor genera; Reges gentium, Reges animarum, Reges tenebrarum, Reges Corporum. I. *Reges Gentium* sunt isti terreni, de quibus Dominus in Evangelio: *Reges gentium dominantur eorum.* Luc. 22. II. *Reges Tenebrarum* daemones sunt, de quibus Apostolus: *Non est vobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem, sed adversus Principes tenebrarum.* Ephes. 6. III. *Reges Animarum* sunt Sacerdotes, de quibus scriptum est *Regale Sacerdotium*, item dum discernit *caelestis super eam Reges*, dealbabuntur in *Selomon.* Ps. 67. *Reges Corporum* sunt *Animæ*, unde *Salomon*: *Cor Regum in manu Dei est.* Prov. 21. *Animarum scilicet,*

licet, quæ corpora sua regunt. Petrus Bleſenſ. ſerm. 41. in Synodo. His omnibus ſupereminet Rex Regum, ſcilicet Deus.

THESIS VI. *Ecce Magi.* Matth. 2. v. 1. I. Magi Chriſtum Agnoſcunt in Oriente, unde proficiſcuntur. II. Chriſtum Prædicant in urbe Jeruſolyma, quæ tranſeunt. III. Chriſtum Hono- rant in Spelunca Bethlemitica, in quam ingrediuntur. *La Selve.*

*Virtutes
Regum.*

THESIS VII. *Ecce Stella.* Olim in libris Aſterifcus, ſeu figura Stellæ apponebatur ad indicandum vel Verbum elegans, vel Sententiam notabilem, vel Eruditionem ſingularem: Ecce Stella, I. Quæ in Stabulo ſignat Verbum magnum, ſcilicet Verbum Divinum. II. Illuſtrem Sententiam: *Niſi efficiamini ſicut parvulus iſte &c.* III. Eruditionem ſingularem, ſcilicet: *Originem Conversionis noſtræ.*

Stella ſignificans.

THESIS VIII. *Procedentes adoraverunt eum.* Matth. 2. v. 11. Chriſtus manifeſtavit Regni ſui potentiam in tribus diverſis Aulis. I. In Aula Magorum, quando illam deſerunt, ſed dan-

*Chriſtus
Rex.*

dantes itineri, ut adorent eum in Præsepio. II. In *Aula Herodis*, ubi de Nato Rege inquirunt, non sine turbatione illius aulæ. III. In *Aula sua propria*, ubi à procidentibus Regibus adoratur, & imperium suum triplex in eorum *Animam* per fidem, in eorum *Corpus* per genuflexionem, in eorum *Bona* per oblationem munerum exercet. *Aula Stabulum, thronus præsepium. S. Bern, Incurvati sunt colles Mundi Habac. 3.* Arque ita Christus ostendit suam in Reges potestatem. Quis est iste Rex tam parvus, tam magnus? nondum in terris loquitur, & in cælis edicta proponit. *S. Aug. Biroat. Ord. Cluniac.*

THESIS IX. *Intrantes domum, invenerunt Puerum. Matth. 2. v. 11.* Magi admirati sunt, & reveriti tres in Divino Infante conjunctiones, quas Christiani quoque respicere deberent in Sanctissima Eucharistia. I. *Obscuritatem* suam cum tanto Splendore. II. *Parvitatē* suam cum tanta Magnitudine. III. *Paupertatem* suam cum tantis Divitijs. *Id.*

Munus.

THESIS X. *Obtulerunt ei munera. Matth. 2. v. 11.* I. *Datur Munus à*

Ma-

Manu. II. *Munus à Lingua.* III.
Manus ab Obsequio. *S. Thom.* 2. 2. q.
78. art. 2. ad 3.

THESIS XI. *Ecce Magi.* *Matth.* *Divinatio.*
2. v. 1. *Varia sunt divinationum ge-*
nera. I. *Ex Astris.* II. *Ex Elemen-*
tis. III. *Ex Physiognomia.* IV. *Ex*
Sorcijs. V. *Ex Oraculis.* VI. *Ex*
Sorribus. *Faber hic Conc.* 6.

THESIS XII. *Ecce Stella, quam vi-* *stella.*
derant. *Matth.* 2. v. 9. *Tria sunt*
genera Planetarum, nam qui domina-
tur, vel est directus, vel retrogradus,
vel stationarius, sic dictus, quod non
moveatur. I. *Stella hæc in itinere Di-*
recta fuit Magis, utpote quæ illos di-
rectè ad Christum duxit II. *In Aula*
Herodis fuit Retrograda, quia Magis se
subtraxit. III. *In Stabulo fuit Statio-*
naria, usque dum veniens staret supra,
ubi erat Puer. *Quoad genera planeta-*
rum lege sis Justin. Michoviens. super Li-
tan. Discurs. 77. fol. 199. col. 1. n. 8.

THESIS XIII. *Renunciate mihi, Peccator.*
ut ego veniens adorem eum. *Matth.* 2. v.
8. *Qui cautè peccat, flagitiosorū pes-*
simus. *Tales sæpe sunt* I. *Luxuriosi,*
qui

qui student, quomodo seducant Virgine-
nem. II. Homicidæ conducti, qui clam
insidiantur vitæ alterius. III. Hypo-
crite, qui se simulant esse bonos.

*Cultus
publicus.*

THESIS XIV. *Ecce Magi ab Ori-
ente venerunt Jerosolyman.* Matth.
2. v. 1. Cur trium Regum, non item
trium Pastorum cotimus Festum, & San-
ctos invocamus? Nempe Religio, quæ
delituit, latet; quæ paruit, profat:
Suam enim erga Deum reverentiam cor-
ram Regibus, & Scribis, & Hierosoly-
ma universa testati sunt Magi; Pasto-
res clam, & in nocte positum in Præse-
pio venerati sunt JESUM. *Joan. Paul.
Oliva Stromat. l. 1. in verba: Apparuit
Gratia Tit. 2. fol. 15. col. 2. in fine.*

Nobilis.

THESIS XV. *Ecce Magi.* Matth.
2. v. 1. Reflectamus hodie animum
ad tria obligationum momenta, quæ
Nobiles hujus Mundi erga Deum, Pro-
ximum, & Seipsos habent. I. Erga
Deum, ut se humiliant. II. Erga Pro-
ximum, ut eum ædificent. III. Erga
Se, ut merita acquirant. *Diotallevi S. J.
de Beneficijs Confid. 19.*

Humilitas.

THESIS XVI. *Obtulerunt ei mu-
nera.* Matth. 2. v. 11. Scilicet Au-
rum,

rum, Thus, & Myrrham : en Providen-
tiam Dei! I. Christus elegit extremam
Paupertatem ; Pater cœlestis ei submit-
tit Aurum. II. Christus elegit *Stabu-
lum vile*, & Præsepe animalium ; Pater
cœlestis eum *Thure* donat , signo Divi-
nitatis, quo eum Reges , ut Deum, ho-
norant. III. Christus *Mortale Cor-
pus* miseris obnoxium induit ; Pater
cœlestis *Myrrham* per manus Regum of-
fert , quæ corpus incorruptum servat.
Quasi certarent Pater & Filius ; hic hu-
militate, ille exaltatione. *Camillus He-
roreus S. J. Med. 2. pro 5. die Exercit.*

THESIS XVII. *Vidimus enim* Lingua-
re *Stellam ejus , & venimus adorare eum.* et lo-
quens.
Matth. 2. v. 2. Petrus Faber primo-
genitus S. Ignatij filius (teste Ludovico
Gontalvio) dividere solitus est verba I.
In *Verba Verborum*. II. *Verba Cogita-
tionum*. III. *Verba Factorum*. Verbis
Cogitationum utitur *Vaniloquus*, veluti
Pharisæus : *Non sum , sicut cæteri homi-
num &c.* Verbis Verborum utitur
Falsiloquus, veluti Herodes : *Ue & ego
veniens adorem eum.* Verbis Factorum
utitur *Veriloquus*, veluti tres Magi : *Vi-
dimus Stellam ejus , & venimus adorare eum.*

FE.